



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

7. De examine ordinandorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Christi Salvatoris, qui vnicam dumtaxat habet sponsam Ecclesiam, cum e contra repetita nuptiae praesentent indicium aliquod incontinentiae, & duplicitatis, vel saltem adimant fidem praedicandi castitatem.

43. Secundo si vestes deferant, & Tonfuram, vt per Farin. d. q. 8. à nu. 64. Scacc. de iudic. p. 1. cap. 11. nu. 20. & 82. Thom. Valas. alleg. iuris tom. 1. alleg. 42. à princip. Carol. de Grassis d. effect. 1. num. 84. Ciartin. d. cap. 53. vbi quod non sufficit quilibet habitus dimissio, nisi sit continuata, Marcel. Vulpe citato loco. Ego ipse d. allegat. 12. num. 27. Stephan. VVeys d. constit. 9. num. 11. Vbi ait vestes clericales in coniugatis clericis esse debere, quae nimium non splendeant ex diuersitate colorum, neque per nimiam breuitatem, neque per nimiam longitudinem notentur, quae iuxta morem cuiusque regionis permixtae sint, vel per Concilia Prouincialia, aut Synodalia clericis praescriptae, & num. 15. attestatur sacram Congr. censuisse clericum coniugatum, qui post dimissum habitum, & Tonfuram clericalem, ad curiam laicalem ob delictum in ius vocatus, & in contumaciam condemnatus est, distringi non posse personaliter à iudice laico, vel in carcerem conijci, si adsumpto habitu, & Tonfura clericali deferre inueniatur verè, & non in fraudem alicui Ecclesiae.
44. Tertio in criminalibus tantum, siue civiliter, siue criminaliter pro crimine agatur, non autem in merè civilibus, vt per Cou. pract. cap. 31. num. 6. Farin. d. q. 8. num. 7. Azucud. l. 2. tit. 4. lib. 1. noua recop. Sanch. d. disp. 46. num. 22. Tapia lib. 1. de iure Regni fol. 34. Cened. d. lib. 1. quæst. 4. num. 18. & 19. Paul. Layman. in Theologia morali lib. 4. tract. 9. cap. 8. num. 5. Ludou. Correa nobilis Lusitanus in cap. inter alia, de immu. Eccles. p. 2. num. 33. Aloyf. Ricc. in praxi var. resolut. tom. 2. resol. 397. num. 2. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 46. à num. 22. D. Felician. de Vega in relect. d. cap. 2. de foro comp. num. 19. nouissime Donat. Anton. de Marinis

quotid. resolut. cap. 58. Ego ipse d. p. 2. alleg. 18. num. 25. Sel. d. cap. 18. num. 27. attestans sic fuisse resolutum sub die 13. Februarij 1610. dum ibi fuit dictum clericos coniugatos praedictos qualitatibus requisitis tam dicta constitutione Bonifacij VIII. quam hoc decreto non gaudere privilegio fori in civilibus, nisi vbi de crimine etiam civiliter ageretur, sed illos ob tales causas civiles à crimine non descendentes non posse à iudicibus laicis in carcerem conijci, aut personaliter distringi, refert etiam ita decidisse S. Congreg. Episcop. & Regul. sub die 10. Februarij 1618. dum ibi fuit dictum clericos coniugatos iuxta fa-
 45. crotorum canonum & Concilij Trid. dispositionem privilegio canonis, & fori in criminalibus dumtaxat gaudere, non autem in civilibus, nisi consuetudo esset in contrarium, prout in Regno Neapolitano, S. Congreg. Immunitatis 27. Februarij 1630.

Contra Camill. Borrel. in speculo Principis rub. 11. §. videamus, lit. A. Capol. in consil. crimin. 10. vers. super tertio, Zanard. in direct. Confess. part. 1. de sacram. matrim. cap. 23. quæst. 24. Carol. de Grassis d. effect. 1. num. 181. Ceual. de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 73. num. 4. Mart. de iurisd. part. 4. casu 159. num. 5. Aloyf. Ricc. in decis. Curiae Archiep. Neapolit. part. 3. decis. 170. & part. 4. decis. 320. num. 5. Duard. in Bullam Cane lib. 2. can. 15. q. 4. concl. 3. nu. 12. Anton. Dianam resolut. moral. p. 1. tract. 2. resolut. 50. Bonacin. de censuris in Bullam Cane, disput. 1. q. 16. puncto 3. num. 3. Torreblanca d. lib. 15. cap. 6. num. 55. existimantes eos fori privilegio gaudere non solum in criminalibus, sed etiam in civilibus.

Subdiaconum, qui in vim dispensationis Apost. cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones ecclesiasticas obtinet, de iure gaudere privilegio fori, tenet Sel. d. cap. 18. num. 29. attestans ita fuisse decisum sub die 7. Septembris 1618.

De Examine ordinandorum.

C A P V T VII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Cathedralis Ecclesia est locus ordinationis celebranda.
- 3 Episcopus non tenetur vocare Archidiaconum vt interfit examini ordinandorum.
- 4 Edictum quoddam reuocandum.
- 5 Non refertur ad descendentes ex genere Hebraeorum.

- 6 Non sunt ab ordinatione excludendi, quia Iudaei originem trahunt.
- 7 Ordinandi in titulum debet inquirere Episcopus.
- 8 Examinare non potest Episcopus promotos à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerit.

Sancta Synodus antiquorum canonum vestigijs inhærendo, decernit, vt quando Episcopus ordinationem facere disposuerit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur a. ad ciuitatem euocentur. ß Episcopus autem Sacerdotibus, & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in Ecclesiasticis functionibus exercitatis, sibi ascitis, & ordinandorum genus, personam, ætatem, d. institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet.

a Cap. quando 24. dist.

1. **V**ide Concil. Bracharen. IV. a. 2. Hoied. de incompatib. benef. p. 1. cap. 24. ex num. 31. Cened. ad Decretum collect. 15. num. 2. & ad Decretal. collect. 56. num. 5. Piafec. in praxi Episcop. p. 1. cap. 1. num. 49. pag. 56. & 57. late Campan. in diuersor. iuris Canon. rub. 3. à princip. Vgol. de officio Episcopi cap. 26. §. 18. num. 3. Carol. de Grass. de effect. cleric. in praxi lib. 1. num. 343. cum multis seqq. Homobon. de Bonis de examine eccles. p. 1. tract. 2. cap. 3. q. 27. Honor. ad decretal. tit. de seruitio in ordine facien. num. 2. metipsum de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 10. per tot.
2. **Ad ciuitatem euocentur.** Locum ordinationis celebranda debere esse Cathedralis Ecclesiam, vel si ex causa alibi Ordines celebrari contigerit, eligi debere Ecclesiam digniorem, tenent Siluest. in summ. verb. Ordo 2. num. 8. Piafec. d. cap. 1. num. 46. pag. 55. Illustriss. D. Roder. a Cunha in commentar. ad cap. quando 5. dist. 24. num. 5.
3. **Episcopus autem Sacerdotibus.** Episcopum non tenen vocare Archidiaconum vt interfit examini ordi-
 Barbos. in Collect. in Concil. Trid.

nandorum, tradit Sel. in select. canon. cap. 19. num. 3. attestans sic fuisse decisum sub die 21. Ianuarij 1617.

Edictum vt clerici in minoribus, qui legitima essent etatis, deberent assumere sacros Ordines sub pena priuationis habitus, esse reuocandum, resoluit Sel. d. cap. 19. num. 4. referens ita resolutum in Martaren. 14. Decembris 1630.

Ordinandorum genus. An scilicet ex Catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut de matre serua nati sint, Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 2. Henric. in sum. lib. 10. cap. 17. §. 2. in commento lit. G. Sahag. in cap. eam te. num. 23. de rescripte. Auil. de censur. p. 7. disput. 4. dub. 2. Sanch. in praxi Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 15. vbi citatis praedictis Doctores vult Concilium in presenti, vt Episcopi inquirent an promouendus sit ex filijs, aut nepotibus hereticorum, fautorum, defensorum, receptatorum, quos ihs à suscipiendis Ordinibus excludit vsque ad secundum gradum per lineam masculinam, vel vsque
 Q 3 ad pri-

ad primum per lineam fœmininam, vel an sit filius ancillæ, & sit feruus. Cened. ad Decretal. coll. 77. num. 2. vbi dicit quod particula *genus*, de qua in presenti, proprie idem significat quod legitimus, vel liber, non autem refertur ad descendentes ex genere Hebræorum, vt multi opinati sunt, refero Ego ipse d. alleg. 10. num. 5. & nouissimè D. Roderic. à Cunha vbi supra num. 6. Hieron. Roderic. in compendio quest. regular. resol. 52. num. 22. nouissimè Laurent. de Franchis de controuersis inter Episcopos. & Regulares pag. 78. vers. ad 14. vbi aduertit Concilium Catholicum non induxisse circa hoc nouum Ordinis impedimentum, sed dumtaxat quæ antiquo Iure statuta erant, seruari ad vnguem præcepisse.

6. Ideo non esse illos ab ordinatione excludendos (nisi aliud Canonicum obesset impedimentum) qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum maiores etiam heretici fuerint, emendatos tamen esse constat, & reincorporatos

Ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ præsentiam recepit, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius insunt, aut paratos fuisse ad recipiendum eandem, probat Sanch. d. cap. 28. nm. 10. cum seqq. & refert decissum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 21. l. unica num. 6.

§ Institutionem. Id est, titulum, ex Campan. in diuers. iuris canon. lib. 8. cap. 1. num. 3. vbi etiam refert munus Episcoporum esse in seruitio faciendo circa personam promouendam, præ ceteris in titulum ordinandi inquirere, refero Ego ipse d. allegat. 10. num. 13.

Episcopum non posse examinare promotos à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenierit; si verò idem Episcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos suspendere debere, refert decissum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 69.

Vnusquisque à proprio Episcopo, aut alio, sed de proprij licentia, & testimonio, sub graui pœna ordinandus ad cathedralem Ecclesiam, aut ex diœcesi inuentam conuenientiore statuta à iure temporibus conueniat.

C A P V T V I I I.

- 1 Ordines sacri quibus temporibus conferendi.
- 2 Consuetudine introduci non potest vt sacri Ordines extra statuta à iure tempora conferantur.
- 3 Papa solus licentiam concedit vt sacri Ordines extra quatuor tempora conferri possint.
- 4 Fratres Minores possunt extra tempora à iure statuta Dominicis, vel alis festiuis diebus sacros Ordines suscipere.
- 5 Sed non ex priuilegijs ante Concil. Trid. obtentis.
- 6 Patres Societatis Iesu ordinari possunt ad quosuis Ordines etiam maiores extra quatuor tempora.
- 7 Et Patres Congregationis S. Ioannis Euangelista Portugalia.
- 8 Tempus statutum ad sacros Ordines conferendos non est de illorum substantia.
- 9 Tempus ad conferendos Ordines minores quod sufficiat.
- 10 Festi dies in quibus Episcopi minores Ordines conferre possunt debent esse de præcepto.
- 11 Prima Tonsura omni tempore etiam non festiuo potest conferri.
- 12 Ordinum sacrorum collationes in cathedrali Ecclesia publicè Episcopus celebrare debet.
- 13 Ordines minores licet Episcopo conferre in eius domo Episcopali.
- 14 Ordines minores possunt conferri sine Missa, & à non ieiuno.
- 15 Episcopus potest tripliciter sibi subditos ordinare ratione originis, vel beneficij, vel domicilij.
- 16 Episcopus originis dicitur ille, in cuius diœcesi ordinandus natus est.
- 17 Origo patris inspicitur ad Ordines suscipiendos.
- 18 Ordines accipere non potest quis per Episcopum originis suæ matris.
- 19 Ordines suscipere non potest nepos ab Episcopo loci, in quo auus natus est.
- 20 Electi à Religione an sint suspecti, & sub quo Episcopo degere debeant.
- 21 Beneficiatus potest ordinari ab Episcopo diœcesis in qua habet beneficium.
- 22 Quamuis sit exiguum.
- 23 & spectaret ad prouisionem alterius Episcopi.
- 24 & residentiam non requirat.
- 25 & beneficium non in titulum, sed in commendam maximè perpetuam habeat.
- 26 Præstimonium habens potest ordinari ab Episcopo illius diœcesis in quo illud possidet.
- 27 Beneficia plura in diuersis diœcesibus habens ab vno illarum Antistite potest ordinari.
- 28 Regularis promoueri debet ab Episcopo loci vbi degit.
- 29 Domicilium contrahens in aliquo loco, potest ordinari ab illius Antistite, quamuis in eo non longo tempore degat, dum tamen habuerit animum perpetuò ibi permanendi.
- 30 Nouitium quis possit ordinare.
- 31 Suspensionem à collatione Ordinum per annum incurrit Episcopus ordinans etiam in propria diœcesi non proprium subditum.
- 32 Episcopus ex ignorantia probabili subditum alterius sine proprij licentia ordinans suspensionem non incurrit.
- 33 Ordines vel Tonsuram conferens Ultramontano absque litteris dimissorijs non approbatis à Nuncijs suspenditur per annum à Pontificalibus.
- 34 Regulares non comprehenduntur decreto edito contra conferentes Ordines Ultramontanis absque Papa licentia.
- 35 Ordinatus à non proprio Episcopo, nec ab alio de eius licentia à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, suspensus est.
- 36 Suspensus iuxta Bullam Pij II. an possit ab Episcopo dispensari.
- 37 Bulla Pij II. non comprehendit insignitos minoribus Ordinibus.
- 38 Clericus Ultramontanus absque litteris dimissorijs sui Ordinarij ab Episcopo Italia ad Ordines promotus non potest ab eodem Ordinario absolui.